Nomen mihi est: ______________________________



# SENTENTIAE, CH. XXVIII, PARS II

**Practice & Review # 8–12**

8. Imperium ducī potentiōrī dabunt ut hostēs ācerrimōs āvertat.

9. Hīs verbīs trīstibus nūntiātīs, pars hostium duos prīncipēs suōs relīquit.

10. Maiōrēs putābant deōs superōs habēre corpora hūmāna pulcherrima et fortissima.

11. Uxor pudīca eius haec decem ūtilissima tum probāvit.

12. Let him not think that those dissimilar laws are worse than the others.

**Sentententiae Antiquae # 6–12.**

6. Corpus enim somnō et multīs aliīs rebus eget ut valeat; animus ipse sē alit. (Seneca.)

7. Quī beneficium dedit, taceat; nārret quī accēpit. (*Seneca.)

8. Dē mortuīs nihil nisi bonum dīcāmus. (Diogenes, Laertius.)

9. Parēns ipse nec habeat vitia nec toleret. (Quintilian.)

10. In hāc rē ratio habenda est ut monitiō acerbitāte careat. (Cicero. — **monitiō, -ōnis**, admonition. —**acerbitās, -tātis**, noun of acerbus.)

11. Fēminae ad lūdōs semper veniunt ut videant—et ut ipsae videantur. (Ovid.)

12. Arma virumque canō quī prīmus ā lītoribus Trōiae ad Italiam vēnit. (Virgil. — **canō, -ere**, to sing about).